JOANNES NICOLAUS
AB HONTHEIM,
DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EPISCOPUS MYRIOPHITANUS,
Eminentissimi ac Reverendissimi Archi-Episcopi Trevirensis S. R. I. Principis Electoris Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Consiliarius Status Intimus actualis, Insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Simeonem Decanus, Dominus temporalis in Montquintin, Couvereux, Rouvroi & Dampicourt &c.

Universis ac singulis hasce nostras Litteras visuris, lecturis seu legi audituris notum facimus atque præsentium vigore testificamur. Nos Anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, die verò 24 maij

in Eccl. S.S. Trinitatis

Sacros Majores Ordines Treviris celebrantes. Dilecto nobis in Chrsto

Huberto Arnoldo Corden Confluo ad mensa A.Eplem

sufficientibus apud Nos fide dignorum testimoniis de vitæ morúmque honestate commendato, ac præmisso juxta sacrosancti Concilii Tridentini præscriptum examine idoneo comperto, Sacrum subdiaconatus Ordinem cum necessariis ceremoniis atque solemnitatibus in similibus secundùm sacræ Romanæ Ecclesiæ Ritum, Morem & Consuetudinem haberi solitis, cooperante Nobis Spiritûs gratiâ cononicè contulisse, atque in Domino ordinasse. In cujus rei fidem Sigillum Curiæ Ecclesiasticæ præsentibus est impressum.

Ex Mandato &c.

N. J. Dräger

Notarius Apostolicus,
Examinis Ordinandorum Secretarius

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

JOANNES NICOLAUS
AB HONTHEIM,
Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ
EPISCOPUS MYRIOPHITANUS
Reverendiſſimi ac Sereniſſimi Archi-Epiſcopi Trevirenſis S. R. I. Principis Electoris Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Conſiliarius Statûs Intimus actualis, Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Simeonem Decanus, Dominus temporalis in Montquintin, Couvreux, Rouvroi & Dampicourt &c.

Univerſis ac ſingulis haſce noſtras Litteras viſuris, lecturis ſeu legi audituris notum facimus atque præſentium vigore teſtificamur. Nos Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octavo, die verò 14 n octo...

in Sacello nostro Domestico

Sacros Majores Ordines Treviris celebrantes. Dilecto nobis in Chriſto

Huberto Corden Confluentino

ſufficientibus apud Nos fide dignorum teſtimoniis de vitæ morúmque honeſtate commendato, ac præmiſſo juxta ſacroſancti Concilii Tridentini præſcriptum examine idoneo comperto, Sacrum Diaconatûs Ordinem cum neceſſariis ceremoniis atque ſolemnitatibus in ſimilibus ſecundùm ſacræ Romanæ Eccleſiæ Ritum, Morem & Conſuetudinem haberi ſolitis, cooperante Nobis Spiritûs Sancti gratià canonicè contuliſſe, atque in Domino ordinaſſe. In cujus rei fidem Sigillum Curiæ Eccleſiaſticæ præſentibus eſt impreſſum.

Ex Mandato &c.

N. J. Dräger

Notarius Apoſtolicus.
Examinis Ordinandorum Secretarius.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

Litt: D.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

Litt a:

L. J. C.

Cum ornatus, ac Eruditus D. Antonius Aloysius Corden Confluens per duos annos Archi-Episcopalis Clementini Seminarii ad S. Joannem Baptistam Treviris alumnus testimonium vitæ, et profectus petierit, hisce testor eum talem sese vitæ, et morum integritate, diligentiâ, et profectu in studiis Theologicis, domesticæ disciplinæ observantiâ, et reverentiâ ergà Moderatores probâsse, ut omnibus summopere commendari meruerit. Dabam Treviris 6ta mensis Septembris 1779.

Joh. Oehmbs Seminarii Regens, et parochus ad S. Antonium Treviris mp.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

Litt A

D. Corden.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

Litt. 6.

L. J. C.

LECTURIS IN DOMINO SALUTEM

NOS SACRAE SCRIPTURAE, THEOLOGIAE MORALIS, & DOGMATICO Scholasticae in Almâ & Antiquissimâ Trevirorum Universitate Professores publici & ordinarii cunctis, ad quos praesentes pervenerint, notum facimus atque testamur, in Seminario Archi-Episcopali ad S. Joannem Baptistam ornatissimum D. Anton. Aloys. Corden Confluum

à die 11 mensis Novemb. anni 1777 ad diem 4 mensis Septemb. anni 1779 lectiones nostras Sacrae Scripturae, Theologiae moralis, Dogmaticae, & juris Canonici Sedulitate maxima Profectu praeclaro in Defensione — — — — desuper nondum dato specimine frequentâsse, morum quoque maximâ integritate eum sese probâsse, ut singulis, quorum interest, summopere meruerit commendari. In fidem praesentes per Amplissimum Sacrae Facultatis Decanum consueto Decanali Sigillo munitas ad hoc Specialiter deputatus manu propria Subscriptas expedivi. Treviris die 4. Septemb. 1779

Carol. Maybaum S. Theol.
Professor public. & ordin.

Extenditur non sine laude usque ad praesentem diem 26. Maji 1780. cum addito, quod scholas Hebrai-cas aliquo tempore diligenter fre-quentaverit.

Jo. Gertz S. Script. et LL. OO. professor.

Extenditur iterum a ~~die 24 [illegible]~~ Dato superiore usque ad praesentem diem 26. Martii 1781. Idem ~~qui~~ supra ut adeo praedictus Dominus jam habeat triennium in Theologia, et amplius, usque ad 26. Martii.

Extenditur rursus usque ad praesentem diem 3. septembr. 1781. Idem ~~qui~~ prof. Gertz.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

JOANNES NICOLAUS AB HONTHEIM,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPUS MYRIOPHITANUS,

Reverendissimi & Serenissimi Principis Regii, ac Domini D. CLEMENTIS WENCESLAI Archi-Episcopi Trevirensis, S. R. I. Principis & Electoris, &c. Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Consiliarius Statûs intimus actualis, Insignis Collegiatæ ad S. Simeonem Treviris Decanus, Dominus temporalis in Montquintin, Couvreux, Rouvroi, & Dampicourt.

UNiversis & singulis hasce nostras Litteras visuris, lecturis seu legi audituris notum facimus, atque præsentium tenore testificamur, Nos anno Domini millesimo, septingentesimo septuagesimo septimo, die decimâ nonâ Mensis Decembris — in Sacello nostro domestico, devoto nobis in Christo dilecto Antonio Aloysio Corden Confluo

Archidiœcesis Trevirensis Clerico, sufficientibus apud nos fide dignorum testimoniis, de vitæ morúmque honestate commendato, aliàs præmisso Examine juxta Sacrosancti Concilii Tridentini præscriptum reperto idoneo, quatuor minores Ordines

cum necessariis ceremoniis atque solemnitatibus, in similibus secundùm sanctæ Apostolico-Romanæ Ecclesiæ ritum, morem & consuetudinem adhiberi solitis, cooperante nobis Spiritûs sancti Gratiâ, canonicè contulisse atque in Domino ordinâsse. In cujus fidem hasce per Secretarium nostrum expeditas, & subscriptas Sigilli nostri appressione jussimus communiri. Treviris. Die & anno quibus suprà.

De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi D. Episcopi, Domini mei benè memorati,

Durson

Secretarius, Insignis Collegiatæ ad S. Paulinum Treviris Canonicus.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

JOANNES MARIA D'HERBAIN

DEI GRATIA ET APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE

EPISCOPUS ASCALONENSIS,

Reverendissimi & Serenissimi Principis Regii, ac Domini D. CLEMENTIS WENCESLAI Archi-Episcopi Trevirensis, S. R. I. Principis & Electoris, Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Statûsque Consiliarius intimus actualis &c. &c.

UNIVERSIS & SINGULIS HASCE NOSTRAS LITTERAS VISURIS, LECTURIS SEU LEGI AUDITURIS SALUTEM IN DOMINO.

Notum facimus atque tenore præsentium testificamur, quod anno Domini millesimo septingentessimo octuagesimo die verò 23tia Mensis 7bris Sacros Majores & minores Ordines atque Missam Treviris in Ecclesia Ss: Trinitatis pontificaliter celebrantes dilectum nobis in Christo Antonium Aloysium Cordon Confluentinum ad Mensam ArchiEpiscopalem fide dignis de vitæ morumque honestate testimoniis commendatum, sufficientem, capacem, & idoneum prævio examine compertum ad Sacrum subdiaconatus ordinem ritè & canonicè duxerimus promovendum atque cooperante Spiritûs sancti Gratiâ promoverimus in Domino in cujus rei fidem præsentes Sigillo Curiæ Ecclesiasticæ Archidiœcesis Trevirensis munitas atque à Secretario ad Ordinationes Specialiter commisso signatas dedimus die mense & anno quibus suprà.

EX MANDATO

B Blattner.

Protonotarius Apostolicus, & Examinis Ordinandorum Secretarius.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

JOANNES MARIA D'HERBEIN

DEI GRATIA ET APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE

EPISCOPUS ASCALONENSIS,

Reverendissimi & Serenissimi Principis Regii, ac Domini D. CLEMENTIS WENCESLAI Archi-Episcopi Trevirensis, S. R. I. Principis & Electoris, Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Statûsque Consiliarius intimus actualis &c. &c.

Universis & singulis hasce nostras Litteras visuris, lecturis seu legi audituris salutem in Domino.

Notum facimus atque tenore præsentium testificamur, quod anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo primo — — die verò 22da — — Mensis Septembris Sacros Majores et Minores Ordines atque Missam Treviris in Ecclesia Sanctae Trinitatis pontificaliter celebrantes dilectum nobis in Christo Antonium Aloysium Cordel Confluentinum — — — — — — — — — — — — — —

fide dignis de vitæ morumque honestate testimoniis commendatum, sufficientem, capacem, & idoneum prævio examine compertum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem ritè & canonicè duxerimus promovendum atque cooperante Spiritûs sancti Gratiâ promoverimus in Domino in cujus rei fidem præsentes Sigillo Curiæ Ecclesiasticæ Archidiœcesis Trevirensis munitas atque à Secretario ad Ordinationes Specialiter commisso signatas dedimus die mense & anno quibus suprà.

EX MANDATO

In absentia Secretarii
A. Becker Vicarius

Protonotarius Apostolicus
Examinis Ordinandorum Secretarius.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

JOANNES MARIA D'HERBAIN

DEI GRATIA ET APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE

EPISCOPUS ASCALONENSIS,

Reverendissimi & Serenissimi Principis Regii, ac Domini D. CLEMENTIS WENCESLAI Archi-Episcopi Trevirensis, S. R. I. Principis & Electoris, Suffraganeus, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Statûsque Consiliarius intimus actualis &c. &c.

UNIVERSIS & SINGULIS HASCE NOSTRAS LITTERAS VISURIS, LECTURIS SEU LEGI AUDITURIS SALUTEM IN DOMINO.

Notum facimus atque tenore præsentium testificamur, quod anno Domini millesimo septingentessimo octuagesimo Primo die verò 31:ma Mensis martii Sacros Majores et minores Ordines atque Missam Treviris in Ecclesia Ss: Trinitatis pontificaliter celebrantes dilectum nobis in Christo

Antonium Aloysium Corden Confluum

fide dignis de vitæ morumque honestate testimoniis commendatum, sufficientem, capacem, & idoneum prævio examine compertum ad Sacrum Diaconatus ordinem ritè & canonicè duxerimus promovendum atque cooperante Spiritûs sancti Gratiâ promoverimus in Domino in cujus rei fidem præsentes Sigillo Curiæ Ecclesiasticæ Archidiœcesis Trevirensis munitas atque à Secretario ad Ordinationes Specialiter commisso signatas dedimus die mense & anno quibus suprà.

EX MANDATO

B. Bottner.

Protonotarius Apostolicus, & Examinis Ordinandorum Secretarius.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

CLEMENS WENCESLAUS
D.G. ARCHI EPISCOPUS TREVIRENSIS
S.R.J. PER GALLIAM & REGNUM ARELATENSE

ARCHI-CANCELLARIUS ET PRINCEPS ELECTOR, EPISCOPUS AUGUSTANUS, ADMINISTRATOR PRUMIENSIS PERPETUUS COADJUTOR PRINCIPALIS PRÆPOSITURÆ ELVACENSIS, PRINCEPS REGIUS POLONIÆ ET LITHUANIÆ, DUX SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM, LANDGRAVIUS THURINGIÆ, MARCHIO MISNIÆ, NEC NON SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ, PRINCEPS HENNEBERGENSIS, COMES MARCHIÆ, RAVENSBERGÆ, BARBIENSIS ET HANOVIENSIS, DOMINUS IN RAVENSTEIN &c. &c.

Devoto in Christo nobis dilecto *Antonio Aloysio Corden parocho ad S. Goarem*

Salutem in Domino

Archiepiscopali authoritate nostra ordinaria, tibi de vitæ, morumque integritate probato, qui prævio diligenti & rigido examine juxta sacrosancti Concilii Trid. ac summorum Pontificum sanctiones sufficientem & requisitam scientiam & idoneitatem habere compertus fuisti, fideique professionem juxta fel. record. Pii Papæ IV. præscriptum hunc in finem emisisti, omniaque & singula Confessariis & verbi Dei Prædicatoribus præscripta, decreta & statuta synodalia observare paratus es, ut *intra fines dictæ Parochiæ vigore regiminis tibi hisce commissi, alibi vero* in Archidiœcesi inferiore Trevirensi Sacramentales utriusque sexus Christi-fidelium ad te venientium *præterquam* sanctimonialium confessiones excipere, eosdemque pœnitentes injuncta ipsis prius salutari pœnitentia, in forma Ecclesiæ consueta & foro duntaxat conscientiæ *etiam a Casibus* jurisdictioni nostræ reservatis (percussione Clerici & delicto complicis in materia venerea semper exceptis) absolvere, verbum Dei prædicare, aliaque Sacramenta ~~aliis~~ *animarum Curatoribus incumbentia* *etiam Laicis* de eorum, ad quos spectat, licentia administrare libere ac licite possis, facultatem per præsentes ad *triennium* duraturam concedimus, & in Domino impertimur.

Dabantur Confluentiæ sub signaturis hujaus Curiæ Nostræ Ecclesiasticæ consuetis Die *24ta* Mensis *Jan.* Anno *1792.*

EX MANDATO

J. Kopp

fessionem Fidei coram

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

MONITA
AD
CONFESSARIOS

Cum casibus & censuris Summo Pontifici & Em.mo Archiepiscopo reservatis ex Rituali Diœcesano excerpta.

I. Quia Confessarii Christi personam gerunt, debent eundem imitari in Zelo, mansuetudine, prudentia, sancto vigore & vitæ perfectæ innocentia, quæ tantum ministerium decent. Et quia non judices tantum sunt, sed & medici, quorum muneris discernere inter lepram & lepram, ut apta cuique remedia conferre sciant, ex probatis Authoribus, & præsertim ex scripturis, Ss. Canonibus, Diœcesanis constitutionibus, & prudenti peritorum consilio multam sibi scientiam studeant comparare.

II. Nullius in privatis ædibus, nisi urgentis necessitatia causa, sive maris, sive fœminæ, præterquam ægrotantium confessiones excipiant: sed in Ecclesiis duntaxat veste talari & superpelliceo induti; sedeant autem, quantum fieri poterit in confessionalibus publicis juxta formam in Rituali præscriptam constructis; &, si tenebræ sint, admoto lumine. Mulieres alibi non audiant, sciantque ab illarum, quas audiunt, familiaritate sibi peculialiter abstinendum.

III. Neminem subterfugiendi laboris causa a sacro tribunali rejiciant ne nutu quidem, nedum verbis, sed semper benignos facilesque se præbeant, sciant infirmari cum infirmis, condolendi & compatiendi noscant disciplinam &c. memerintque se, quamvis dignitate præstent, in eosdem incidere posse defectus, quos in aliis corrigunt.

IV. Neminem inducant, exceptis scrupulosis, ad sibi solis confitendum, volentemque id promittere, vel vovere, prohibeant. Vota perpetua, præsertim castitatis, nunquam exigant, imo nec junioribus permittant: permittere autem poterunt personis probatæ virtutis vota ad breve tempus limitata v. g. ad quosdam menses, & non ultra annum; quæ vota sic emissa renovari poterunt elapso eorum termino, modo hanc renovationem pœnitenti prodesse prudenter judicaverint.

V. Attendant Confessarii, se nonnunquam teneri pœnitentes examinare, rudiores v. g. an sciant ad salutem necessaria, tum necessitate medii, tum præcepti; item status & conditionis officia; an non illis præcedentes confessiones ex aliquo defectu repetendæ &c. Quos consuetudinarios suspicantur, de consuetudine interrogent &c Omnes uno verbo, de quibus rationabiliter metuunt, aut dubitant, ne forte non integra sit eorum confessio, interrogare tenentur, tum ante confessionem, tum in ipsa confessione, tum post confessionem, prout magis expedire videbitur. Abstineant autem a variis & indiscretis quæstionibus, quibus pœnitens defatigari posset, vel offendi. Neque inutilia sibi obtrudi patiantur, multominus, quæ proximo forent injuriosa. Statum pœnitentis inquirant, si necesse sit, non vero nomen, aut domicilium.

VI. Hoc caveant maxime in materia castitatis, ne junioribus præsertim, infirmis & simplicibus incautæ quædam interrogationes scandalo vertantur & exitio, utpote qui eos multa, quæ forsan ignorarent, edocendo ad peccatum illicerent. Si ergo pœnitens obscure quædam turpia confiteatur, sensim sine sensu progredietur a cogitationibus simplicibus ad morosas, a morosis ad venereas, ab his ad desideria, a desideriis ad consensum, a consensu ad actus peccaminosos, & si illos fateantur, ad magis criminosos ascendendo.

VII. Cum alii aliter pro diversitate personarum aliarumque circumstantiarum monendi sint, ac corrigendi, totam mentem applicent Confessarii in dijudicando pœnitentium statu, ut remedia convenientia eis suggerant, & vivum ac sincerum de peccatis dolorem, ubi hunc deesse suspicantur, efficacibus v. bis ipsis inspirent. Moneant eos, quod, si vere poenitentes sint, apud Deum per Christum satisfacere debeant, tum flagellis temporalibus a Deo inflictis, & patienter toleratis, tum pœnis sponte pro vindicando peccato susceptis, tum maxime operibus laboriosis arbitrio Confessarii, pro delicti mensura & gravitate impositis.

VIII. Vere dolentes sine mora absolvant, posteaquam ipsis, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares & convenientes satisfactiones injunxerint. Meminerint se, si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, lævissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, aliorum peccatorum non medicos, sed participes effici, habeantque præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, atque ad virtutem incitamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem.

IX. Nulla ratione flectantur, ut indispositis beneficium absolutionis conferant: sed bene memores se tam ligandi quam solvendi accepisse a Christo potestatem, rite dispositis absolutionem impendant, denegent indispositis, dubie dispositis differant, quousque per signa sufficientia debitæ eorum dispositionis moralem aliquam certitudinem consecuti sint Confessarii.

X. Consuetudinarios aut recidivos absque emendatione notabili non absolvant, nisi raro & in casibus extraordinariis; ac talium conversionem difficilem admodum, nec in instanti, secluso specialis gratiæ miraculo, fieri posse, pro certo habeant,

XI.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

XI. In occasione proxima voluntaria positos non absolvant, nisi ipsa derelicta: in involuntaria autem vel moraliter vel physice, nisi emendatos, & quos peccato derelicto judicant prudenter, aut non amplius, aut saltem non tam facile relapsuros. Quod si remediis adhibitis occasio illa moraliter involuntaria semper proxima appareat, illam deserere cogantur; nihil quippe saluti præferendum.

XII. De peccatis in Confessione auditis *ne generaliter quidem* loquantur, nisi consilii petendi causa idque fiat discrete & cum maxima prudentia, ne levissima de personis oriri possit suspicio: nec unquam coram laicis id fiat, ne forte scandalum patiantur.

XIII. Si, quod avertat Deus, Confessarius aliquis cum poenitente contra castitatem quoquo modo peccaret exterius, sciat, quod, etiamsi pro casibus reservatis approbatus foret, vel imposterum approbandus, non poterit ab illo peccato complicem absolvere valide, nisi in mortis articulo, & ne tum quidem licite, si sine scandalo alius Sacerdos vel possit accersiri, vel reperiatur, qui possit absolvere.

XIV. Quo liberius suo munere defungantur confessarii, convenit maxime, ut nulla a poenitentibus munera accipiant. Si quas injungant eleemosynas, eas non ad privatum familiæ aut monasterii usum applicent; missas, quarum celebrationes edixerint, non celebrent, nec earum honorarium percipiant. Uno verbo: non quæ sua sunt, quærant, sed quæ Jesu Christi, magisque Deo quam hominibus placere studentes non indulgeant laxioribus sententiis. Hauriant ex assidua hodierni Ritualis nostri lectione salutarem doctrinam, qua instructi ministerio suo rite defungentur; & semper cum tremore reputent, qualem muneris sui rationem Deo sint reddituri. ——— Porro casus reservatos in promptu habeant ita, ut recte sciant, qui summo Pontifici, qui Archiepiscopo reservati sunt. Item censurarum rationem & vim probe intelligant, & quibus criminibus annexæ illæ sint, & quæ reservatæ, ad amussim sint edocti. Quem in finem cathalogum eorundem hic placuit subjicere.

Casus reservati Summo Pontifici, qui omnes annexam habent Censuram.

I. Exustio templorum, nec non domorum profanarum procurata, dum incendiarius publice est denuntiatus.

II. Effractio & spoliatio sacrarum ædium, monasteriorum, & aliorum piorum locorum, post effractorum & spoliatorum publicam denuntiationem.

III. Simonia realis in ordinibus & beneficiis, & confidentia dummodo sit publica.

IV. Violenta manuum injectio in Clericum, Monachum, vel personam clericalem, vel regulari habitu indutam.

Nota. 1.) Casus Papæ reservati, non omnes hic adscripti sunt, sed illi duntaxat, qui his in regionibus frequentius possunt accidere. 2.) A casibus Papæ reservatis, si sint occulti vel ad summum Pontificem non nisi difficillime recurri possit, absolvere possunt Episcopi. 3) Qui rei sunt peccati Papæ reservati, & ire romam non tenentur ex jure, ut sunt Religiosi, Moniales. Filiifamilias, Fœminæ, illi, qui tenentur labore manuum alere familiam, ii denique, qui hoc iter agere nequeunt absque periculo vitæ, libertatis, fortunarum, debent ad ordinarium remitti. Imo 4.) quia vigore facultatum sibi concessarum Emmus Archiepiscopus potest absolvere ab omnibus casibus Papæ reservatis, ad ordinarium quoque, si casus obveniant, erit recurrendum.

Casus reservati Emmo Archiepiscopo Trevirensi.

I. Enormis blasphemia in Deum vel Sanctos in loco publico.

II. Abusus Hostiæ sanctæ, Chrismatis, Olei sancti, vel cujusvis rei sacratæ ad sortilegium, divinationem, incantationem, aliosve usus magicos.

III. Perjurium Clerici attactis Ss. Evangeliis in judicio.

IV. Crimen incendiarii, excisio notabilis segetis, arborum frugiferarum, vitium & vinearum ex odio tertii aut communitatis.

V. Crimen falsariorum tam monetæ quam literarum seu instrumentorum publicorum.

VI. Sodomia, bestialitas, congressus cum Dæmone carnalis.

VII. Commixtio Sacerdotis cum filia spirituali.

VIII. Homicidium voluntarium quamvis occultum, & exhortatio ex qua commissum est homicidium.

IX. Depulsio foetus, sive animati, sive inanimati.

X.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

X. Percussio Parentum enormis.

XI. Matrimonium a sciente conjugem suam aut alterius contrahentis adhuc vivere initum.

Nota. Cæteros casus, qui in Rituali Trevirensi inter reservatos Archiepiscopo annumerantur, ex speciali dispositione modo reservatos non esse sciant. A casibus Archiepiscopo reservatis absque ejus licentia absolvere non possunt Sacerdotes, & nisi talis facultas in regularium quorumcunque approbatione ab ipso expresse concessa fuerit, id facere non audeant, eorum enim privilegia a Trid. & multis subinde Pontificibus Romanis hac in parte nulla declarata sunt, aut revocata. Sacerdotes, qui a casibus reservatis jam recensitis absolvendi facultatem non habent, non possunt a non reservatis pœnitentes absolvere, quando in eorum confessione sunt aliqua peccata reservata. Qui autem dictam habent facultatem, possunt quoque absolvere a censuris jure iisdem casibus annexis; non tamen a censuris reservatis, quæ sequuntur, sine speciali licentia, neque etiam ab aliis, quæ casibus aliis hic non memoratis a jure annexæ sunt & reservatæ.

Censuræ reservatæ Em^mo. Archiepiscopo Trevirensi.

I. Excommunicatio annexa crimini hæresis.

II. Excommunicatio annexa gravi percussioni Clerici vel Religiosi.

III. Excommunicatio annexa falso testimonio a testibus matrimonio assistentibus scienter & volenter præstito.

Item IV. Excommunicatio incursa ab iis, qui sub eorum testimonio falsitatem ejus cognoscentes contrahunt.

Nota. Quod is, qui habuerit facultatem absolvendi a censuris reservatis in genere, non ideo possit absolvere a censuris ab homine seu per sententiam inflictis, aut ab excommunicatione lata contra hæresin publice professam, aut vota commutare, aut in irregularitatibus dispensare; hæc enim omnia, ut valide præstet, specialem habeat ab ordinario facultatem necesse est.

Suspensionem ipso facto incurrunt.

I. Qui sacros ordines absque legitima dispensatione suscipiunt ante ætetem, aut ab alieno Episcopo sine dimissorialibus.

II. Qui sine licentia Ordinarii scienter absolvunt pœnitentem aliquem abhœresi extra mortis articulum.

III. Qui Matrimonio jungunt catholicum cum hæretica, vel hæreticum cum catholica.

IV. Qui alienæ Parochiæ parochianos, non obtenta proprii Parochi vel ordinarii licentia Matrimonio jungunt.

V. Qui scienter Matrimonio junxerint absque licentia ordinarii castra sequentes vel vagabundos.

VI. Qui ad benedictiones vel exorcismos alios a præscriptis in Rituali (vel Missali, Pontificali, aut Rituali Romanis) formulas inconsulto Ordinario adhibent.

VII. Qui absque simili licentia exorcismos etiam in Rituali præscriptos faciunt ad depellendos Dœmones sive e corporibus, sive e domibus, aut locis, quæ ab ipsis obsideri vel infestari dicuntur. *Hæ duæ posteriores suspensiones ab illis etiam, qui se exemptos dicunt, incurruntur, si in locis non exemptis talia audeant, aut in loco exempto circa personas non exemptas.*

VIII. Suspensionem *reservatam* ipso facto incurrunt, qui deferunt Ss. Eucharistiam ad extinguenda incendia, arcendasve tempestates, tonitrua &c.

Nota. Hunc ultimum casum (sicut nec septem præcedentes) rasarvatum non esse, sed suspensionem ipsi annexam esse reservatam, a qua nullus Sacerdos etiam pro casibus reservatis approbatus absolvere potest, nisi facultatem habeat absolvendi a censuris reservatis. Et qui habent facultatem absolvendi a casibus reservatis, non autem a censuris reservatis, non possunt absolvere pœnitentem neque a reservatis, neque a non reservatis, quando in ejus confessione peccatum occurrit quod censuram excommunicationis reservatam annexam habet. cum absolutio ab excommunicatione semper precedere debeat absolutionem a peccatis.

Generalia quædam observanda circa Absolutionem a reservatis.

I. Nullum peccatum est reservatum, nisi sit mortale & externum, nullum quoque reservatur contra sextum præceptum, quin consummatum reipsa fuerit.

2. Pro impuberibus i. e. pro masculis ante completos annos 14, & pro fœminis ante completos annos 12. Item pro iis, qui constituti sunt in mortis articulo, nulla est reservatio.

3. Hisce etiam facultas conceditur cuilibet Sacerdoti approbato absolvendi a quolibet casu reservato & censura, si quæ annexa sit a.) eos, quos gravis morbus lecto affixit; b.) eos, qui proxime matrimonio jungendi sunt; c.) Mulieres prægnantes partui proximas; d.) eos, qui pro prima vice sacram communionem percepturi sunt.

4. Casus Archiepiscopalis vere reservatus est, etiamsi reservatum peccator ignoraverit.

5. Raservatio casuum extendit se ad moniales, atque etiam ad eos, qui in cerceribus detinentur.

6. Approbatus pro casibus Emmo Archiepiscopo reservatis potest quoque absolvere a casibus summo Pontifici reservatis, qui juxta notas secundam & tertiam supra casibus Papalibus subjectas facti sunt casus Archiepiscopales.

Extenditur ad triennium. Confluentiæ 27tmo Januarii 1795.
Exmdto
J. Kopp

prorogatur ad triennium. Conflentiæ 9na Aprilis 1798.
J. Kopp

Valeat iterato ad triennium. Limburgi apud vicariatum 2ga Aprilis 1801
Ex mandato
H. Corden Consil. Eccl. et Secretarius

Prorogatur ad triennium. Limburgi 19na Maji 1804
J. Beck Vicarius in spirit. gnlis

Valeat denuo ad triennium. Limburgi 1ma Augusti 1807.
J. Beck Vic. genl.

Extenditur ad novum triennium. Limburgi 13tia Augusti 1810
J. Beck Vic. gnl.

Prorogatur denuo ad triennium. Limburgi 14to Augusti 1813
J. Beck Vic. g.

Extenditur ad novum triennium Limburgi 30 Augusti 1816
A. A. Corden Vicar. Genl.

Valeat denuo ad triennium. Limburgi 2da Aug. 1819
A. A. Corden Vic. gen. apost.

Prorogatur ad triennium. Limburgi 2da augusti 1822.
Corden qui supra

Valeat nunc ad revocationem. Limburgi 5to Augusti 1825.
A. A. Corden qui supra

Renovatur nunc cessante Vicariatu apostolico tenor approbationis de 5ta augusti 1825. Limburgi 20ma 10bris 1827.
Corden Dec. cathedralis Vic.

Joannes Ludovicus Corden Consiliarius Ecclesiasticus Serenissimi Archiepiscopi Treuirensis, Canonicus Capitularis Senior, nec non Decanus insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad Sanctum Georgium Limburgi ad Lahnam, Commissarius Archidiaconalis in Ditkirchen, et Cunostein Engers, Notarius Apostolicus etc. Admodum Reverendo Domino Antonio Aloÿsio Corden Rectori p: t: parochialis Ecclesiæ in Sancto Göare salutem in Domino.

Meretur continuata tua plures per annos in colenda vinea Domini industria, vocis tuæ præstantia, cantusque choralis peritia, ac alia vitæ tuæ merita, ut ad tuam promotionem quam maxime hucusque fuerim inclinatus. Vacante igitur in prædicta Collegiata per obitum Plurimum Reverendi Domini Mauritii Schott Canonici Capitularis, et Custodis, præbenda Canonicali, cujus Collatio ad me qua Turnarium pro hac vice spectat, et indubitâte spectare dignoscitur, tibi eandem non tam ex affectu sanguinis, quam propter Deum conferendam duxi, sicut et præsentium tenore in Domino hisce confero, Venerabile Capitulum prædictæ Ecclesiæ debite requirens, quatenus te in actualem, et realem ejusdem vacantis præbendæ canonicalis possessionem et introducant, et de omnibus, et singulis ejusdem reditibus, juribus, ac emolumentis juxta mentem statutorum tibi ex integro faciant respondere. Dabantur Limburgi ad Lahnam 4tâ Octobris 1794.

Joannes Ludovicus Corden mppria

verte.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

Die Dominica 5ta 8bris 1794

Praesentes oibus exceptis D: D: Cantore Knodt et Haass

Vacante per obitum R: D: D: Mauritii Schott, Ecclesiae nostrae Canci: Capitularis et Custodis p: m: in Ecclesia nostra praebenda Canonicali in hodierno ad hunc actum specialiter convocato Comparebat P: R: D: Hubertus Corden Scholasticus et plebanus qua mandatarius P: R: D: Antonii Aloysii Corden Rectoris p: t: Ecclesiae Parochialis in Sto Goare, Procuratorioque suo praevie praeostenso et praelecto praesentabat Collationem vacantis Praebendae Canonicalis a P: R: et Ampl: D: Decano qua pro hac vice indubitato Turnario favore sui Principalis factam, petens in actualem et realem ejusdem Possessionem introduci.

Visis igitur oibus et praelectis juribusque solutis, nec non edito juramento a Statutis Canonico Ecclesiam nostram intranti praescripto, praefatus D: Mandatarius per Ernestum Nilg Canc: Capit: Seniorem, qua in ordine installatorem in Stallum junioris Canonici more consueto introductus est. testibus D: D: vicariis meis et Eisenkop actui assistentibus. fideique professione nec Canonici ad ingressum Capituli reservata.

ita actum in Capitulo

in fidem

E Nilg P: S: Secretar

Dominicâ 5tâ 8bris 1794.
in Capitulo Extraordinario

Vacante per obitum P: R: D: Maurilii Schott Custodis et Canonici Capitularis in Ecclesiâ nostrâ Praebendâ Canonicali in Sessione hodierna Capituli ad hunc actum specialiter Congregati Comparebat P: R: D: Hubertus Corden Scholasticus et Plebanus qua mandatarius P: R: D: Antonii Aloysii Corden Pastoris in Sto Goare praeostendens Procuratorium se se praedcâ [Praebendâ] Legitimans. Quo praelecto Praesentabat Collationem favore sui Principalis factam per P: R: et Ampl. D: Decanum Praebendae istius a jure Collatorem, petensque in vim istius Collationis in actualem et realem Possessionem memoratae vacantis Praebendae introduci.

Visis itaque omnibus et praelectis, solutis etiam juribus, nec non juramento quod Canonicus Ecclesiam nostram intrans sua in receptione ex statutorum emittere suevit, in animam D: sui Principalis emisso Praefatus Dominus mandatarius in assistentia D.D. vicariorum Maij et Eisenkop qua testium per Canonicum Milz qua in ordine installatorem ad stallum junioris Canonici more consueto introductus est. Professione fidei ad receptionem neo D: Canonici ad Capitulum reservata.

Datum Limburgi in Capitulo
in fidem

E Milz p: t: Secretar.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

ad 485 D.P.

Von Gottes Gnaden, Emanuel Landgraf zu Hessen, Fürst zu Hersfeld, Graf zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, und Schaumburg etc. Ritter des goldenen Vliesses, Ihrer Röm. Kaiserl. Königl. Apostol. Majestät General-Feldmarschall-Lieutenant.

Nachdem Unser bisheriger Pfarrer der katholischen Pfarrey zu St. Goar, Ant: Aloys: Sorden, unterthänigst bey Uns vorgestellt, daß er seine in dem Collegiat-Stift ad Sctum Georgium zu Limburg an der Lahn besitzende Präbende anzutretten gesonnen sey; So wollen Wir auch nunmehr, — da er den ihm zugegangenen injunctis vom 13ten Jun: dieses Jahrs, wegen Berechnung und Untersuchung der Pfarrey-, Kirchen- und Armen-Fonds, ein Genüge geleistet hat, — seinem unterthänigsten Gesuch gnädigst deferiren, und seine Resignation auf die von ihm bisher verwaltete Pfarrey annehmen. Wir entlassen denselben daher seiner bisherigen Dienste und Pflichten hiermit unter der Versicherung, daß er sich in Ausübung derselben stets treu und redlich bewiesen habe. Urkundlich Unserer eigenhändigen gnädigsten Unterschrift, und Unsres darunter gedruckten Fürstlichen Siegels. Rotenberg den 12ten September 1800

Emanuel L. z. Hessen

ad nr: 593. H. P.

Dem Hn Coadjutor Corden
wird auf sein Ansuchen
um Abnehmen der 1787r Kirchen-
und armen-Cassarechnungen pro
resolutione unterhalten, daß
er wiederhohlt die Rechnungen
von 1786 oder diejenige Nachschriften
und monialia, wovon die Rech-
nungen von 1787 aufgestellt worden,
binnen 8 Tagen einzuschicken
hätte, und da übrigens der
Abschluß der 1787r Rechnungen
denselben nicht hindern kann,
die Rechnungen von denen nach-
folgenden Jahren aufzustellen
und einzubringen, weilen der
Ruben von activ- oder Passiv-
recess offen gelassen werden kann,
so begehren wir zugleich, die
noch hinterständige Rechnungen
binnen 4 Wochen dahier einzu-
liefern. Wißbad den 7. Sept
1791.

Fürstl. Nassau Usingische und
Kanzley Statthalterey

vt Tippell

N. 1.

ad 119 Lrf.

Nachdem Serenissimus, auf das Gesuch des Pastors Corden zu [illegible], wegen Verabfolgung dessen Besoldung p. gnädigst resolvirt haben, daß von H. Kaufherrn Rheinfeld gegen die 164 fl. 60 xr. [illegible] für bereits gehaltenen Schulmeister ersten an denselben eingezogen worden, die Herstellung der Besoldung aber bis zum Friedensschluß ausgesetzt bleiben soll; So bleibt demselben solches hiermit unverhalten.

Ehrenbreitstein den 28ten Febr. 1798.

Churfürstl. [illegible] Kanzlei hierselbst.

vt. Langen

An den Pastor Corden zu [illegible].

N. 2

ad 503 Exp.

Nachdem Serenissimus auf Desselben unterthänigste Vorstellung um fernere Verabfolgung dessen Besoldung gnädigst resolvirt haben: daß derselbe die Besoldung für die diesseitige Kaplaney, bis zu einer Trennung der diesseitigen von der jenseitigen Pfarrei, behalten solle; so bleibt demselben dieses und weiter unverhalten, daß sub hodie das nöthige an den Amtsverwalter Weiler und Oberschultheißen Schilling erlassen worden, wonach demselben die rückständige und fernere Pfarrei-Besoldung, Zinsen- und Gefälle verabfolget werden. L. Schwalbach den 5ten 7bris 1798.

Fürstl. Hess. Rheinfelsische
Kanzlei hierselbst.

Vt Langen

An den Hl. Pastor Corden zu Schwalb.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26

N: 3.

ad 401 Hof.

Nachdem Serenissimus gnädigst resolvirt haben, daß dem Pfarrer Corden in Weyer, unter Vorbehalt einer anderen künftigen Einrichtung und der Entscheidung, ferner in Weyer seinen Aufenthalt zu nehmen, der Theil der Competenz, welcher ex erario bezahlt wird, de praeterito und in futurum verabreichet, alles übrige aber in suspenso bleiben soll; So bleibt demselben solches auf dessen desfallsige Vorstellung, und ferner unverhalten, daß das nöthige hierüber sub hodierno an die Amtskeller Rheinfels, Hohenstein und Reichenberg ~~[illegible]~~ von hieraus erlassen worden sei. L. Schwalbach den 5ten Junius 1799.

Fürstl. Hess. Rheinfelsische
Kanzlei hierselbst.

Vt. Langen

An den Pfarrer Corden in Weyer.

4.

Dem

Den Herren Pastor

Corden

zu

Herrschafft St. Goar

N. 4.

ad 591 Lit.

Da, außer dem, was die Pfarrei zu St. Goar ex aerario beziehet, auf die Verabfolgung derer Gefälle zu Buch keinen Anstand weiter finden dürfte, wenn der Pastor Corden auch die rechte Seite des Rheins ziehet; So hat sich derselbe binnen 8 Tagen dieserhalb zu erklären, und zugleich gutachtlich zu berichten, wie in dasiger Oberamtsstadt ~~zu~~ St. Goar für die dortige kathol. Kirche, Pfarrgebäude etc. und deren Sicherheit gesorgt werden könne. L. Schwalbach den 8ten Aug. 1799.

Fürstl. Hess. Rheinfelsische
Kanzlei hierselbst.

vt. B. Pippell

An Herrn Pastor Corden in St. Goar.

An

den Herrn Pastor Corden

in

franco Fft. Hadamar.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 26